194)

Oratori Romano de Passaviensi
Episcopatu. Rudolphus.

Nobilis. de Passaviensi Episcopatu celare te
nolumus, varia nos etsi nondum satis comperta audire,
esse ibi qui nova eaque clancularia consilia moliantur.
Quae praesentem status illius turbare quietem
ac tranquillitatem possint. Cum autem Episcopus
ille non solum sac. Romani imperij feudum sit nosque
in temporalibus superiores agnoscat, sed ditionibus
etiam nostris haereditarijs Austriae adeo conjunctus et
vicinus adeoque innexus atque immeritus sit ut peramplam ibi juris
dictionem atque opimos reditus plurimaque feuda habeat quo
nomine multa nostris subditis cum eo Episcopo intercedant
nostra quamque maxime interesse ducimus, ne quis ibi novo mo-
re occultis quorundam machinationibus suscipiatur, quod in no-
strum aut ditionum nostrarum aut etiam Episcopi adhuc
superstitis, qui multos annos Ecclesiae suae ditionique laudabi-
liter praefuit, praejudicium vergat. Quicquid rei sit, ut aper-
tius intelligamus dum perfidos quosdam Ministros accura-
tius inquirimus, observabis diligenter quam poteris, num
intempestiva ejusmodi consilia auctores forte et execu-
tores aliquos etiam isthic in Romana curia habeant.
Quod si compereris, hanc rem ita apud Pontificem Ma-
ximum atque apud alios curandam suscipies, ne temere
fides speciosis talium hominum persuasionibus aut con-
siliis dum nobis auctoris adhibeatur, quorum inter-
sit, nihil hic innovari. Haec autem gerenda sunt dex-
tre, offensionum, quae hinc excitari possint, evitandorum
causa, quod discretioni, industriae vigilantiaeque tuae benigne
committimus. Ut vero certius rem investiges, et ubi advigi-
landum sit, intelligas, scire te solum volumus, de clientibus qui-
busdam Bavaricis, de quibus tamen nulla apud quenquam
nedum apud Pontificem facienda mentio clam sig-
nificari diversis id rationibus moliri, ut coadjutoria ibi
sive volente, sive etiam nolente Episcopo instituatur.
Quod ne vobis insciis fiat sagaciter ac dextre, donec
aliud a nobis mandatum accipias. Prag 15. Martij 1591

195)

Oratori Romano de subsidio
Pontificis in praesidio Hungariae.
Rudolphus.

Nobilis. Quid antehac apud sedem Apostolicam

defendendo regni nostri Hungariae contra vinnanissimum Christi inimici hostem praesidia viserimq; eaq; nobis à Xisto Quinto Pontifice Max. facta fuerit, adhuc prorsus dubio memoriâ teneris. Cùm verò nihil ab ipso tunc in Pontificatu vixit tempore sit praestitum debitionibus cogitatumq; nobis, ut cessantibus jam nunc imperij contributionibus ac subsidiis, quae retrovari absq; solemnibus comitiis, quorum indictio multis adhuc difficultatibus ac tricis implicata sit negueant, aliqua ratione nobis auxilia per Ecclesiam collegatae; sed quoniam facile perspicitis, quae quot sint Italiae principes oculis in Pontificem intentis, quid à Sede sua postulent, circumspectiores esse, ut si hoc nequeat, quod ad votum cupiat. Christianae securitatem procurandam conservandamq; pertineat, praeclarum iis quadamtenus exemplum praebeatur, ad ipsum caput Pontificem nostrum conversare opportunum decere existimamus. Id autem hactenus parum potuerit nuncij an verò differri donec Legatus à Nobis gratulatoria quitatus, consultiusne, suum dubitetur, ab rebus citò maturè diligenterq; perpensis judicium Nobis aperiat tuum est profectò aliquam in praesentiarum esse rationem habendam ut eos ipsa se non plenè quemadmodum necessitas postulat, adoptatum finem perducit felicibus saltem auspicijs inchoari possit, id omni studio atq; diligentia curandum. Reliqua à Nobis exspectato jucundo negotio exequi non dubitabis. Legato autem occasione facili id à te rectè fieri censes, quo pacto urgendum Pontificis item animum, quo modo praeparandi sint Nobis ut accuratè quemadmodum cognoscas, perscribas benignè mandamus, rem facies consultò, si fidelitatem et quam de te habemus opinionem dignam, qua in ampliorem tibi gratiae nostrae cumulum ascitura. Pragae 25. Martij

1591.

Oratori Romano Vito à Dorimberg
pro Archiepiscopo Neapolitano.
Rudolphus.

196

Nobilis. Quàm vehementer ac seriò iterum apud Pontif. Max. ut quod ratione nobis praecipuè promisit, Archiepiscopum Neapolitanum brevi Cardinalem designet, instemus, ex adjuncto literarum exemplo videbis. Subsequeris itaq; quorumq; studio, curâ ac diligentiâ potueris quid. Nam quam apud Cardinalem Sfondratum, et apud alios si opus sit, quod diu desideravimus, tandem obtinere, quod ad auctoritatem et existimationem nostram publicè conservandam, nostrâ magnopere ea, quemadmodum ipse vides, interest, petimus. Negotium Sabaudiae tempore aut numero alligatum putamus, in quo si singulare erga nos benevolentiam ostendere ut tempestivè aperiret, vel etiam antequam desiderio satisfaciat, nostrum